



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Cl. Viri Valerii Andreae Desselii In Academia Lovaniensi
Professoris Regii Erotemata Juris Canonici**

Andreas, Valerius

Coloniae, 1697

XIII. De eo, qui cognovit consanguineam uxoris suæ vel sponsæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62934)

De eo, qui cognovit consanguineam uxoris suæ vel sponsæ.

T I T. XIII.

Hoc Tit. agitur de adfinitate contracta per illicitam copulam, habitam cum consanguinea uxoris vel sponsæ: Tit. verò sequente de adfinitate contracta per copulam licitam.

Quid igitur est juris, contracta adfinitas per copulam illicitam, id est cum consanguinea sponsæ vel uxoris?

s. 2. s. 9.
C. ult.
h. t.

Distinguendum est, an adfinitas vicaria supervenerit post contracta sponsalia vel matrimonium, an vero fuerit contracta adfinitas ante matrimonium. Priori casu sponsalia de futuro dissolvantur, neque tum ei, qui cognoverit consanguineam sponsæ suæ de futuro, licet sponsam illam suam sibi habere uxorem, potestque illa impune alibi nubere. Sponsalia verò de presenti, quæ sunt ipsum matrimonium, adfinitas contracta fornicatione superveniens non dissolvit. Posteriori casu dirimitur matrimonium & ut

& impeditur contrahendum usque ad quartum gradum jure Decretal. quod hodie usque ad secundum gradum restrictum est ex decreto Conc. Trid.

c. 1. 6. *Ex*
7. *cod.*

Dixi; ob adfinitatem ex fornicatione ortam non dirimi matrimonium: qua ergo est pena ejus, qui uxoris sua consanguineam cognovit?

sess. 24. c.
4. *de re-*
form.
marrim.

Quod ab uxore sua, cui jam adfinitas est, debitum conjugale exigere nequeat, reddere tamen uxori petenti debitum teneatur; quia uxor, quae non fuit particeps hujusmodi criminis, jure suo non debet sine sua culpa privari.

*d. c. 1. *Ex**
*c. 4. *h. t.**

*c. 6. *vers.**
sed nec
h. t.

De Consanguinitate & Adfinitate.

TIT. XIV.

Hic agitur de adfinitate ex copula licita, deque cognatione naturali seu consanguinitate, quae est inter sanguine junctos; inter quos non omnibus licet contrahere matrimonium, sicut neque inter adfines.

Quid est Consanguinitas?

EST vinculum seu propinquitas, sive cohaerentia personarum ex eodem stipe-